# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 63 [heute: Philadelphia, Univ. of Pennsylvania Libr., Lawr. J. Schoenberg Collection, LJS 172]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 136.



Aristotel. Analyticor. priorum libb. 2. et posteriorum libb. 2.

§. 1.

Aristotelis Analyticorum priorum libri duo, et posteriorum totidem. Galenus de libris propriis T. 4. p. 367. innuit, veram et antiquam inscriptionem Analyticorum priorum fuisse de Syllogismo; posteriorum de Demonstratione. In edit. Du Vallii habentur T. I. p. 73. In codice nostro Titulus est: "Incipit liber primus priorum analeticorum Aristl." Init: "Primum oportet dicere „circa quid et de quo intentio". De versione nihil certi habeo. Cæterum integer codex multis est refertus annotationibus marginalibus.

Jo. Regiomontani Tabulæ Directionum.

## Cod. LXIII. deest

1. 54.

Chartac. 4^to^ min. Sæc. 15.

Joannis Regiomontani Ludus Pannoniensis, seu Tabulæ Directionum profectionumque, cum sinuum Canone ad radium 60000, contra Archidiacon. Parmensem. Præfixa est Epistola dedicatoria, cujus Rubrica sonat: "Reverendissimo in Xto patri ac domino domino Joanni Archiepiscopo Strigoniensi Joannes de Regio monte se humiliter comendat;" initium vero: "Magnam esse admodum et fuisse semper in edendis libris" etc. Finis: "quas ubi pro acumine ingenii tui probaveris in publicum prodire jubeto Vale præsulum „decus". Sequitur dein institutio de usu tabularum

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 137.



/: in calce legitur: "Per me magistrum Johañem de Kuppferberg"; probabiliter nomen scriptoris:/ quam excipiunt tabulæ ipsæ.

De Jo. Regiomontano vid. supra, Cod. III.

## Cod. LXIV.

Chartac. 4to min. Sec. 15. 1. 5.5.

Jo. de Gmunden Tabulae astronomicæ.

Joañis de Gmunden Tabulæ astronomicæ, nempe de Planetarum motibus, de luminarium eclipsibus, æquationis domorum ad Vieñam, partis proportionis, Stellarum fixarum, secundum quod sunt semper in imaginibus signorum coeli, et de quibusdam, quæ sunt extra imagines. Continentur etiam Cod. XLVI. n. 1. A. C. n. 2.

Practica Tabularum.

Has tabulas excipit Practica tabularum astronomicarum, quæ incipit: "Quamvis de motibus me. "dūs." Absolvitur duabus partibus, quarum prior 60, posterior 28 capitibus constat. Anterior hujus practicæ pars /: quæ habetur etiam Cod. XLVI. 1. B.:/ tractat de motibus etc. solis et lunæ; altera de motibus etc. aliorum quinque Planetarum.

Modus corrigendi et compon. Tabul.

Hanc sequitur Tractatus de modis componendi et corrigendi tabulas. Incipit: "Pro majori fundamento et certitudine eorum quæ posita sunt in tabulis motuum planetarum etc. et canonibus de

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 63 [heute: Philadelphia, Univ. of Pennsylvania Libr., Lawr. J. S

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27406